

tem civitas III. stadium ambitu continetur, qui fieri possit
A ut Sparta Megalopolim duplo excedat: hoc est, ut id, quod
 majorem ambitum habet, majus esse videatur: & tamen id
 quod minorem habet ambitum revera sit majus? Duo hic con-
 sideranda, Ambitus, & Planities. Sparta ambitus minor, at
 planities æqua adificationi commoda, tantum in terra, quan-
 tum in aere spaci occupans. Megalopolis verò ambitus major,
 sed montuosus, in aere longè minus spatium quam in terra oc-
 cupans, propter declivitatem & acclivitatem collium. Nam
 si domos in altum eductas omnes consideres, manifestum est,
 quod tectis illarum in unam redactis planitiem, par sit &
 æqualis distantia tam illarum, quæ in acclivi colle sunt sitæ,
 quam quæ in planicie. A Polybio deinde Quintilianus orna-
 mentum hoc geodeticum mutatur. De terminis, ait, mensu-
 raque rerum sunt lites, & *sed opus est*, quæ Geometrica
 scientia deprehenditur, qualis est illa: Extremis lincis eandem
 mensuram colligentia esse æqualia, quomodo decepti histori-
 ci, qui magnitudines insularum significari navigationis ambu-
 tu crediderunt. At, quæque ut forma perfectior, ita capacior,
 ut orbis quadrato, quadratum triangulo. *Ibid.*

B *Consulatur etiam locus de Geographia Lib. VII. hujus operis.*

* Mater. Matres.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Nomen Mater, est vox notæ significationis à Græca voce
μητηρ. Accipitur generalius tam pro hominibus, quam
 pro brutis, quæ factum ediderunt: unde & Virgilius, *Mater
 mellis apis*. Immo & ad arbores transfertur, quæ matres dican-
 tur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. Atque in mo-
 talibus, dicitur sapientia omnium honorum mater, &c.

Matres mortuæ præ gaudio.
 Narrat Plinius *Lib. 7. cap. 54.* quomodo nunciata Cannensi
 clade, duæ matres cum filiorum necem audivissent, mirum in
 modum fuerint lamentate. Cum vero illi imperato compa-
 rissent, immoderata læticia, animique subita commotione fi-
 lios amplectentes fuisse extinctas. Sic quod desiderium non
 potuit, gaudium effecit. Refert ex Plinio *F. Patricius de Regno
 C. Regis Infit. lib. 4. Tit. 14. cap. 12.*

*Requiritur Locum de Fecunditate. Tit. Mulieres, quæ plures
 eodem partu enixæ fuerunt. Item de Fætu.*
En tibi monstratum nimis, & memorabile factum,
Quale nec à mundi conditi one datum.
Hoc lege, Mox animo stupefactus Lector abibis.

Narrat Ludovicus Vives, Erasmus Roterodamus, & alii
 Margaritam Hollandiæ Comitissam, anno salutis M. C. C.
 LXXVI. ætatis suæ XLII. ipso die Parasceves, hora nona ante
 meridiem, peperisse infantes vivos promiscui sexus numero
 CCC. LXV. ac omnes sacro Baptismatis fonte ablutos in Ec-
 clesia monasterii, siti in vico de Laudduynen, non ita procul ab
 Haga Comitum, ubi adhuc hodie eret pelves in memoriam rei
 gestæ ostenduntur, in quibus eadem proles baptizata fuerunt.
 Causam autem hujus tam portentosi partus superscripti au-
 thores reddunt, quod prætata Margarita mulierculam pau-
 perem, & stipem flagrantem, ac gemellos brachiis gestantem
 increpasset acerbius, & velut adulterii infimulasset, quasi cum
 duobus viris coivisset, cum diceret unico partu gemellus edi-
 non posse. Cujus injuriæ maculam mendicæ adversus Comi-
 tissam decerere, aut excusare eum nulla ratione possit, Deum
 D obnixè rogavit, quatenus ad innocentiam suæ testimonium, ca-
 ipsa, quæ tum uero gestabat, tot pareret infantes, quot an-
 nus numerat dies. Quod & evenit. Particularem autem hu-
 jus eventus narrationem complectitur inscriptio, quæ loco
 præfato talis legitur.

*Margarita Hermannii Comitissæ Hennebergiæ uxor, quarti
 Florentii Comitissæ Hollandiæ, & Zelandiæ filia, Gulielmi Re-
 gis Romanorum, ac postea Cæsaris, seu gubernatoris Imperii,
 atque Althææ Comitissæ Hannoniæ soror, cujus patruus Epif-
 copus Trajectensis, avunculi autem filius Dux Brabantia, &
 Comes Thuringiæ. Hæc autem Illustrissima Comitissa annos
 quadraginta duos circiter nata, ipso die Parasceves nonam
 circiter horam, anno millesimo, ducentesimo, septuagesimo sex-
 to, trecentos sexaginta quinque enixa est pueros, qui prius à
 Guidone Suffraganeo Trajectensi, omnes in duobus ex ære
 pelvibus baptizati sunt, quorum masculi quotquot erant, Jo-
 annes, puellæ autem omnes Elisabethæ vocatae sunt, qui simul
 omnes cum matre eodemque die satis concesserunt, atque in hoc*

*Laudunensi templo sepulti jacent. Quod quidem accidit ob
 pauperulam quandam faminam, quæ ex uno partu gemellos
 in ulnis gestabat pueros, quam rem ipsa Comitissa admirata,
 dicebat, id per unum virum ferri non posse, ipsamque contumeliose
 rejecit. Unde hæc pauperula apimo perturbata, ac per-
 cussa, mox tantum prolium numerum, ac multitudinem ex uno
 partu ipsi imprecabatur, quot vel totius anni dies numeraretur,
 quod quidem præter naturæ cursum obstupenda quadam
 ratione ita factum est, sicut hic in perpetuum bujus rei memo-
 riam ex vetustis, tam manuscriptis, quam typis excusis Chroni-
 cis breviter positum, & enarratum est. Deum ille ter maximus
 hæc de re suspiciendus, honorandus, ac laudandus, extollendus in
 sempiterna secula, Amen.*

Fuit & in Strabantia sub territorio Antuerpiensi Mechtil-
 lis quædam nomine, quæ senam prolem enixa fuit unico par-
 tu. Extat illius scena, & hoc disticho prænotatur.
Auxit ter gemina Mechtillis prole Maritum:
O quam secundo semina jacta solo!

Matrimonium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Ratio nominis Matrimonium, ut contra Faustum docet S.
 Augustinus, dicitur ab eo, quia ob id sermone nubere præ-
 cipue debeat, ut mater fiat. Dicitur itaque Matrimonium
 secundum Sylvestrum, quasi matris munium, five officium, à
 matre potius quam à patre, quæ prolem concipere, parere,
 educare, ad matrem pertinet.

NOMINA VARIA.

Dicitur Matrimonium alio nomina Conjugium, id est, duo-
 rum conjunctio, aut in unum jugum copulatio, quia eo velut
 vir, & mulier unico jugo adstringuntur, unde & conjuges jux-
 ta Festum, quasi unius jugi partes, vocatur quoque nuptia-
 rum nomine, à nubendo, id est, velando: quia olim ut nota-
 vit Flaminius, nubentis caput obvolvatur, in signum obe-
 dientiæ & subjectionis, quam viro præstabit, pudoris quoque
 ac verecundiæ, ut ex veteri & noto Rebeccæ exemplo pro-
 bari potest.

QUID SIT.

Recepta est apud Theologos æquæ, ac Jurisperitos definitio. G
 Quod sit conjunctio maritalis viri, & femine, addunt alii:
 Inter personas legitimas individuam vitam consuetudinem ten-
 nens. Ita Gratianus *cap. 27. q. 2. in princ.*

Sunt qui hoc modo definiant. Matrimonium est contra-
 ctus viri, & femine legitimus, quo mutua corporum traditur
 potestas, gratia spiritalis collativus. Ita *Card. Tolet. in Summa,
 lib. 7. cap. 5.*

ACTUS ILLIUS LICITUS.

Gnostici nuptias, & generationem, Satanam auctorem ha-
 bere affirmabant. At Fideles semper certæ fidei habuerunt,
 actum conjugalem esse licitum, nam & Apostolus prædicat,
 quodam à fide dissecuturos, qui attendentes spiritibus erroris,
 & doctrinis demoniorum, prohibebunt nubere. Atque idem
 præcipit Juniores nubere, filios procreare, &c. Cum enim per
 unicum hunc actum genus humanum convenienter conserve-
 tur, non modò licitus est, sed sanctus & meritorius esse potest,
 si non causa voluptatis, sed ut conjugi debitum justitia postu-
 lante reddatur, exerceatur; aut ut proles sufficeretur, quæ ad Dei
 honorem educetur.

Eleganter instituit matrimonium honestatem, congruentiam,
 & bona varia complectitur D. Gregor. Nazianzen. *Carm. 2. H
 de Virginitate.*

*Ac primùm Deus est rerum generator, & auctor,
 Mox amor, & thalamus: nam terra, & pontus, & aer,
 Munere connubii producta prole vivebant.*
Quin, si vera fuerunt, nec palma libidinis experts.
Namque maritata sub verni temporis horam
Egregios tum deinde procrederet fructus.
Quod si etiam ex coitu saxorum sacra creantur,
Di memorant, lapidum est per se bestia facultas.
Res quoque tangit Amor rigidus, vitæque carentes.
Sed quid ego externis verbis complector amores?
Quis gravibus claras instruxit legibus urbes?
Oppida quis struxit? quis doctas attingit arces?
Quis fora, quisque domos implevit, quisque palæstras,
Convivis epulas, armata bella choros.
Quis cætusque, Dei præconia magna canentes?
Quis sine connubio vitam, moresque ferinos

Depulsi,

A Depulsi, & docuit profcinderè vomere terram?
 Perspice jucunde quanam sint numerata læta
 Quis Saphiam docuit? quis repperit abita cuncta.
 Quæ mare, quæ tellus, calumque violabile claudit?
 Quis plantas serere, & navem committere ponto
 Sulcantes gelidas rapidi? Aquilonibus undas?
 Quis mare cum terris undosorum ramite vincit?
 Et multum inter se distans elementa figavit?
 Ac ne presentium tantum prodesse putetur
 Conjugium vitæ, non hic sua comoda sinit.
 Nam merita illius multo majora supersunt.
 Præstat enim, ut nobis aureque, manusque vicissim
 Atque pedes finis: languentis corporis artus
 Roboret, ingentique hostilia corda dolore
 Angit, lætitiæ contra diffundit amicos:
 Afflicti animis communis cura medetur.
 Delebatque magis communis utrumque voluptas.
 Gratior in thalamo concordia copia verum:
 Rursusque in thalamo melius toleratur egestas.
 Tuta pudicitia, Feneris quoque, clavis utriusque,
 Conjugium, obsequium violenti sedus amoris,
 Unus amicitia pulvis, qui pectora saltu
 Exbilaret, proprii lingue unica pocula fontis,
 Qui nec cuiquam alii pateat, nec diffuset extra;
 In thalamo conors amatus, concordia membra,
 Inque vices acunt solida pietatis amorem.

B Nam neque conjugium à Christo veraque salute
 Abduci: verum simulos quoque subdit, & urget.
 Utique per exiguum ventis vis parvula puppim
 Incitat, & expansis velis maria alta secantem,
 Aut etiam remis impulsæ per aquora cursum
 Fertur: ac ingentem non fert levis aura carinam,
 Quæ nisi per gravibus ventis agitata quiescit.
 Sic etiam innupti, quoniam levioribus ævum
 Traiciunt pedibus, leniori ventum egero
 Numinis æterni auxilio, affluunt minore.
 At qui consortium thalami, qui pignora chora
 Curat, opesque suas, & vastum navigat æquor
 Artibus illis Deo, quia pluribus indiget, hæret.
 Hæc thalamus. Contra maneat sine conjugio vita;
 Dura petens montes, improvidaque, & laris experts,
 Non animi morbis adhibet, senioque medelam,
 Non facit, ut primo vitæ remorentur ad annos,
 Atque repubeant suspecta prole parentes:
 Non dulcem in terra contentum sgerere vitam
 Non fora delictum miseram, non prodiga mensa,
 Non epule: verum in lachrymis, luctuque perenni
 Versatur, fluxique horret contagia mundi,
 Et cum sit vitæ, tamen edit vitæ vita.

C Denique cum reliquis animo non vivit eodem.
 Ac ne forte thoro, virtutis amore, jugali
 Abstineat quisquam, thalamo contermina virtus:
 Non modo quod sancti thalamus mortalibus olim
 Cunctis choros erat, contempta calibe vita,
 Verum etiam thalamo quia sunt genitore creati
 Vates, sacrifici doctores, & Patriarche
 Laurigerique graves, omni virtute gravesque.
 Non etenim egregios homines, ut vestra gigantum
 Corpora commemorant, lucidæ arida tellus,
 Omnes sunt sacri factique, & gloria lætæ.
 Qui generi humano nomen patefecit Olympi
 Omnipotens supera quamvis procul abist ab arce?
 Quis mentes hominum divino implevit amore,
 Et terra abstradas tulit ad præstantius ævum?
 Quis clavas animas purgavit sordibus atris?
 Alma fides, pietasque, ad finem venit Enochum.
 Nec per exiguum numero, & semine natante
 Mortiferis orbem totum servavit ab undis.
 Inclytus Abrahamus, numerosa gentis origo,
 Haud trepidus natum mandandum admovent ad aram.
 Quoniam enim Moses miraculis magna patravit,
 Dum populum erumis, duraque terrarum pressum
 Extrahit, & sanctas leges, mandatque saxis
 Jura capit, nunquam adverso lumine cernit.
 Inter sacrificios veteres fulgebant Aaron,
 Et Phœbe, & Phœbo cursum produxit Jeshus,
 Dum sequitur fractas, fulsque per arva phalanges.
 Tu quoque fidus eras, Anna prognata, sacerdos,
 Et Domini Christi cornuque clemensque ferobas.
 Quid David? Regum quo non præstantior ullus.
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

E Quid Salomon sophiæ vertex, omnesque prophetae,
 Ardentique Elias abreptus ad æthera curru?
 Quis non suspiciat veterisque, novique sequestrum
 Foderis, & qui mox ventura luce suprema,
 Nuncia læta ferens mortibus ante cucurrit?
 Quis non discipulos Christi, fidosque sequaces?
 Quis non cæripet, a robur mirabile Pauli?
 Atque omnes alios, quorum clarissima virtus
 Vel prius illuxit, vel nostro tempore fulget,
 Præsidium fidei plebis: columen decus orbis,
 Quos omnes nobis Christus, thalamisque dederet?
 Sed neque femineo in sexu quocunque potentem
 Egregia pietate deum coluere, fidesque,
 (Quarum non parvum numerum Scriptura recenset)
 Sunt sine conjugio tam magna laude positæ.
 Utique etiam in thalami quiddam genialis honorem
 Alius adiciam, licet omni labe carenti,
 Attamen humano Christus se corpore junxit,
 Et desponsata per viscera casta parentis
 Fluxit, conjugiique humani cum deitate
 Ididuum junxit. Sed hoc quoque maxima nobis
 Vis posita est, quod si superet pars conjugis experts,
 Hinc tamen à nobis genus, & vitæ origo est.
 Non etenim ex agamis ortum traxere jugati.
 Verum illi contra nexu fluxere jugali
 Quocirca nati quamprimum sistite pugnam
 Quamquam etenim patrum numine vos nomen habetis:
 Attamen à patribus traxistis femina vitæ.

AN IN PRÆCEPTO.

De matrimonio in eundem reperitur præceptum naturæ: an
 positivum, disputatur inter Theologos, & verisimiliter senten-
 tia negat.

Quodcunque interim præceptum admittatur, certatum est,
 multiplicato jam humano genere, neminem obligari ad in-
 cundum matrimonium, quia quæcunque adducunt vim
 præcepti habere, intelligenda solum veniunt pro tempore,
 quo mundus habitatore est vacuum, quod singularis fecun-
 ditas ad terræ repletionem esse necessaria, unde neque na-
 turale illius præceptum, cum sit affirmativum, obligare
 censetur, præterquam in casu necessitatis ipsius speciei de
 interitu periclitantis.

D. Thomas autem explicatus de hac re scribens, dicit:
 Præceptum matrimonii (uti, & reliqua omnia) impor-
 tate rationem debiti: illud vero debitum non confrin-
 gere omnes, & singulos homines, sed tantum ipsam
 multitudinem: idcirco præceptum non esse implendum
 à singulari hominibus, sed satis esse ut impleatur à mul-
 titudine, five aliquibus de illa.

Martinus Lutherus verò affirmat Matrimonium usum ita esse
 necessarium ac cibum, & potum: unde consequitur, omni-
 bus esse præceptum.

Nicolaï Diaconi vetus est hæresis, neminem absque usu
 matrimonii salvandum. Novatores omnes hodie continen-
 tiam damnant, & execrantur.

EJUS INSTITUTIO.

Primævam Matrimonii institutionem à Deo factam in Pa-
 radiso, ex sacris literis docemur. *Gen. cap. 2. & 3.* ubi descri-
 bitur Deus ab Adam dormitente in Paradiso, in quem paulò H
 ante fuerat translatus, costiam carne adherente, qui in
 Adam erat instar feminis ad generationem, & productionem
 naturæ, & hominum, quorum ille caput erat, & seminatium,
 ab initio reposita, fuisse, ex eaque mulierem, quam
 Evam, hoc est matrem viventium appellavit, efformavit,
 admiscendo illi aliam materiam: formatam autem jam, &
 productam ad ipsum velut ad sponsum adduxisset, & ita matri-
 monio indissolubili illius copulasse, omnemque Polygamiam
 sustulisse, æquæ ac divortium.

Veniit à dam admirans in ecclasi illa, quod circa se fieri vi-
 debat, nempe aucteri à se costiam, & ex ea hominem sibi simi-
 liter formari, exclamavit dicens: Hoc nunc ex ossibus meis,
 & caro de carne mea, q. d. hæc facta est ex uno ossium meorum,
 ut fit mihi sponsa charissima, & conjunctissima. Causa enim
 cur ex latere viri formata est mulier, hæc à DD. assignatur, ut
 significaretur socialis inter virum, & mulierem conjunctio, &
 vinculum archissimum: nisi quod in eo etiam Sacramentum
 magnum fuisse Apostolus testetur, in Christo & Ecclesia, t. ad
 V 4 *Ephef.*

Ephes. cap. 5. scilicet representanda, significanda per matrimonium, sive ut Syrus vertit, de Christo, & Ecclesia: per hanc duorum hominum primam conjunctionem representata facta est per incarnationem. Secundario tamen etiam intelligitur mysticam unionem, qua per gratiam Christus copulatur Ecclesie. Quando autem fuerit institutum Matrimonium a Christo. Vide infra Tit. Matrimonium nove Legis.

VINCULUM.

Artissimum conjugalis conjunctionis vinculum non solum ex modo productionis Eva SS. Patres erunt: sed vel ex hinc etiam, quod formata muliere Deus matrimonii legem fanciverit, & ex verbis Adæ velut elicerit eadem velut perficiendo, dum addidit: Quamobrem five propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quibus verbis tanta conjunctio maritalis inter virum, & mulierem esse oportere significatur, ut conjux causa conjugis patrem, & matrem deletere teneatur quoad cohabitationem, vitæ consortium, & sibi invicem adherere: quomodo de Theogena gentili femina legimus, quod ab Agatocle Siciliæ Rege marito suo ægro nulla ratione poterit divelli, diceretur: Nubendo se non prosperæ tantum, sed & omnis fortunæ inivisse societatem, nec invitam sui spiritus periculo emperam, ut extremos viri spiritus exciperet.

Et certe quod duos in una carne futuros dicitur, summa inter conjuges unio denotatur per copulam carnalem futura, ut explicat Apostolus 1. Corinth. 6. Deinde quod futuri sint tanquam unus homo, id est, una persona civilis, quia uxor, & vir civiliter pro uno habentur. Tertio quod unus sit futurus quasi Dominus alterius. Mulier enim sui corporis potestatem non habet, sed vir: & è converso. 1. Corinth. cap. 7. Denique, quia velut una causa concurrunt ad generationem unius individui sibi similis.

Repugnat igitur huic vinculo, tam Polygamia, quam divorcium: debent enim conjuges unum esse amore, & voluntate: unde Pythagoras dixit, in conjugio amico unam esse animam in duobus corporibus. Legatur Rupert. in hunc locum.

DE POLYGAMIA, sive, Matrimonio viri cum pluribus uxoribus.

AN LICITA ALIQUANDO FUERIT.

Polygamiam, sive conjunctionem unius uxoris cum pluribus viris, nunquam aut licitam, aut usitatam fuisse constat. At eam que est unius viri cum pluribus uxoribus simul & licitam, & usitam à sanctissimis Patriarchis, scriptura testatur.

Et quidem Scotos vult, duntaxat licitam fuisse Judæis. diff. 33. art. 2. Alii omnibus Abraham posteris. Sunt, qui cum Euty-mio contendunt, plane illicitam fuisse, neque Patriarchas plures legitimas uxores habuisse, sed unicam tantum, reliquas vocari concubinas: deinde quod etiam hæc Polygamia repugnet naturæ, institutioni, & fini matrimonii.

Ceterum verissimum est, hanc Polygamiam plurium uxorum simul, licitam, & permissam fuisse, Deo in lege matrimonii primæ dispensante. Sine hac enim dispensatione nunquam licitam fuisse, declarat Innoc. 3. in c. Gaudemus, de divorc. 4. Decretal. & Christoph. hom. 56. in Genes. Ubi dicit eandem à Christo sublatam Matth. c. 9. quæ tamen aliquando ob generis humani propagationem fuerat permissa, ubi nota, causam hujusmodi dispensationis fuisse propagationem generis humani.

QUANDO PERMISSA.

Quo tempore præcisè Deus inspiraverit hanc Polygamiam permissivam, & quo etiam modo, aut forma, non constat. Nilominus Deum eam indulsisse primis aliquot Patriarchis, colligitur ex scriptura variis locis. Sic ut Deo dispensante, ob causam rationabilem, nempe prolis sufficiendæ, & propagandæ, jam effect uxorum plurium simul uni viro habendarum inculpabilis consuetudo: & multiplicandæ posteritatis gratia multas uxores habere, nulla lex prohibebat, inquit S. August. Lib. 5. de Civit. cap. 38.

Itaque contra naturam Matrimonii accedente ea causa justa, Deique dispensatione, non censetur isthæc Polygamia nisi lasciviendi causa iniretur, non generandi. Quod iterum clarè significat Augustinus. Lib. 22. cont. Faustulum cap. 47. ubi dicit, Polygamiam Jacob, idem de aliis Patriarchis intelligi, non fuisse contra naturam, morem, aut præceptum: nam si naturam consulas ait, non lasciviendi, sed generandi causa illis mulieribus utebatur: si morem, illo tempore, & illis locis id facta-batur: si præceptum, nulla lege prohibebatur.

QUIBUS.

Deum post Diluvium Noe, & aliquot Patriarchis peculiariter inspirasse, licitum esse conjugium cum pluribus uxoribus simul, colligitur Doctores ex usu illius promissivo, neque enim oportuit Polygamiam legem aliter, quam speciali inspiratione indicari, cum lex Monogamia non aliter fancita fuisset.

Constat enim tempore Abraham, & deinceps, ceu rem usu receptam, & omnibus notam fuisse, adeo ut Sara Abrahamum maritum induceret ad ducendam secundam uxorem: neque verissimè est, feminam sanctissimam, uti & Jacob, alioque Patriarchas, Reges denique sanctissimos id facturos fuisse, nisi licitum fore præcivissent.

Neque solis Hebræis id à Deo indultum, sed etiam Gentibus, sive Infidelibus, cum ratio dispensationis esset generalis, videlicet propagatio hominum: non autem specialis, propagandi populo Dei tantum: adeoque juxta Augustinum, nulla lex prohibebat. Quin Jacob ducebat quatuor uxores, duas filias Laban Idolorum, ut constat Gen. 31. & dicit signanter Augustinus, in loco ubi Jacob uxores plures dicebat cum morem fuisse supra.

Moyse in Deuteronomio, tanquam de re licita, & passim nota, ait: Si fuerint alicuius duas uxores, una dilecta, altera odiosa, &c. cap. 21.

Et quamvis nonnunquam posteriores uxores vocarentur concubine, non idcirco debebant esse legitime uxores, sed ideo hoc nomine vocabantur, quod non admitterentur ad societatem bonorum, ac gubernationem domus, uti primæ: neque earum filii hæredes essent patris, ut colligitur ex cap. 25. Genes. neque id solum apud Hebræos, sed & apud gentiles usu receptum fuisse, refert Agellus lib. 18. cap. 6.

A QUIBUS USURPATA.

Primus Lamech polygamus legem Monogamiæ, à Deo inspiratam Adamo, violavit, Genes. cap. 4. ducens duas uxores, nomen uni Adæ, & nomen alteri Sella: neque tamen id fecisse ex peculiari Dei inspiratione satis est probabile, cum usque ad diluvium nemo eum in hoc imitatus legatur. Idcirco Nicolaus Pontifex scribens ad Lotharium Regem pariter polygamum, ut dicitur infra: Lamech adulterum vocat, habetur c. an non. 24. quest. 3.

Post Diluvium de Abraham, Jacob, Esau, qui tamen ad Dei populum non pertinebat legimus, quod multas uxores habuerint. Idem de Ismaelitis constat, qui etiam in hanc diem Polygamiam tenent consuetudinem, quam ab Abrahamo, & aliis G. Patribus eos accepisse credendum est.

Hæcana quoque 1. Reg. 1. habuit Phenennam, & Annam uxores.

Etiam David multas habebat uxores: ejus autem filius Salomon scribitur habuisse Reginas quasi fepingentas, Concubinas ccc. Lib. 3. Reg. cap. 11.

Apud Græcos quoque, uti & apud Romanos, etiam plurium uxorum polygamia celebris fuit.

Apud Sineses contraçtus matrimoniales à parentibus desponsorum sunt, filiorum consensu non petito. Rex apud eos unam uxorem habet, quæ Regina est, & primaria vocatur: præter hanc novem alias ducit paulo inferiores: deinde alias xxxvi. quæ omnes gaudent titulo conjugali. Accedunt his alia numero plures, quæ pellices appellantur. Pœcundæ ceteris præferuntur. Prima sola mensæ cum marito affidet, & sunt cæteræ hujus velut pedesque. Immo harum filii, non suam matrem, sed primariam uxorem velut parentem agnoscunt, & extinctam triennio lugent. Plebei, ac tenes uxorem pretio sibi comparant, & quoties id libet, vendunt. Ex Commentar. Matth. Rycii Societ. Jesu de expedit. Christian. apud Sineses.

Hodie apud Turcas permittitur, uxores accipere, quocumque quis valet alere. Mahometes eorum Antesignanus xiii. uxores habuisse legitur in Chronico, quod Alcoran subscribitur. Ejusque exemplo Turcæ omnes ad matrimonium inendum compelluntur. Immo ditiores inter illos faciliè 40. uxores diversis locis conclusas habent, quas ab Eunuchis curant aservari. Ex lib. 2. Calvino-Turcismi, cap. 10.

QUANDO CESSAVERIT.

Omnino est probabile Polygamiam esse Christi adventum propagato jam humano genere cessasse: & ut tunc non cessat concedatur, certe per Christum omnino abrogata fuit, sic ut nulli deinceps fuerit permitta. Jam enim causa dispensationis cessabat: neque reperire est, Judæos, aut Romanos, nisi fortè per paucos, apud quos illius usus permanit.

Unde

Unde Pharisei, & Apostoli semper de conjugio loquuntur, A ut est unio duorum tantum:

Zacharias pater Joannis Baptistæ, cum uxorem haberet sterilem, tamen cum ea vitam exegit, usque ad senectutem, ut patet Luc. c. 1.

Christus enim Matth. c. 19. revocat matrimonium ad primam institutionem, ac vult deinceps eam valere. Prima autem institutio excludit Polygamiam. Nam rogatus à Phariseis, num liceret uxorem repudiare, dixit: Qui fecit hominem ab initio, masculinum, & feminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Cumque illi instarent, permisit Moysen libellum repudii, denuò respondit: Ad duritiam cordis ipsorum permisit id Moysen, ab initio autem sic non fuisse. Si enim Deus voluisset, ut matrimonium esse unius cum multis, creasset Adamo plures mulieres quas in uxores ducere potuisset. Videatur S. Aug. 1. de Nuptiis, & Concupiscentia c. 9. Anselmus in Comm. ad 19. c. Marth. Certum tamen est, nusquam expressè Polygamiam vetari.

De Balduino Hierosolymorum Rege, Vide infra Tertium matrimonii bonum.

Polygami Christiani.

Primus, qui inter Christianos aditum fecit ad Polygamiam, videtur fuisse Valentianus Imper. alioqui pius, & Catholicus Princeps. Hic ut erat caprus amore Justinæ cupidus, eamque in matrimonium ducere vellet, retenta prima conjuge Severa, ex qua Gratianum filium susceperat: ut colore aliquo regeret interparentiam suam, legem promulgavit, ut liceret unicuique binas simul conjuges habere.

Lotharius etiam Rex fuit Polygamus, eumque hoc nomine acriter reprehendit Nicolaus Pontifex, ut supra tetigimus.

Heribertus Clotharii filius, qui Childeberto in Francia regno successit, repudiata uxore, duas uxores duxit: eoque nomine excommunicatus, obiit.

M. Lutherus sæculo superiori hunc errorem, cuius jam omnis memoria apud Christianos interdicta, revocavit ad lucem. Nam in Propositionibus de Bigamia Episcoporum, quas edidit Anno mdcxviii. aperte dicit Propos. 56. & 66. Polygamiam legem non esse abrogatam, apud Judæos falcem. Immo in explicatione Genesios, quam edidit Anno mdcxxv. dicit, nec vetitum, nec præceptum, ut Christiani exemplo Abraham plures habeant, vel non habeant uxores: liberum id cuique permitti, se tamen nolle istius consuetudinis esse auctorem.

Anabaptistæ hunc errorem etiam sequuntur, ut testatur Kennitius 2. part. Exeem. p. 1229.

Sed illicitam definitivè post Syricium Episc. I. Innocent. I. Episc. 9. Innoc. III. cap. Gaudemus, Concil. Trident. Can. 2. Sess. 24.

MATRIMONIUM IN NOVA LEGE EST

PROPRIE DICTUM SACRAMENTUM.

Fidei sententia est: matrimonium fidelium, præter civilem contractum viri, & femine, esse signum, eum symbolum externum religionis, cui annexa est promissio gratiæ sanctificantis, idque ad divina institutum.

Docuerunt Gnostici cum Manichæis, Simone Mago, & aliis, matrimonium à Deo non esse. Immo Saturninus, diaboli opus, & inventum dicebat, filios procreare. Et Marcion nuptias illicitas dicebat.

Eandem Hæresin tenuerunt Arriani apud S. August. Hæres. 31. Nostri temporis hæretici Sacramentum esse negant, & D non nisi æquivoçè talè reputari, Durandus è Catholicis docuit in 4. dist. 26. q. 3.

Verum adversus omnes hos Conc. Trident. Anathema indixit Sess. 24. Can. 1. Et fundamentum habet hæc veritas in verbis Christi, Quod Deus conjunxit, homo non separet: item Apostoli, Qui matrimonio jungit virginem suam, benefacit. Unde constat matrimonium esse bonum, & à Deo, utpote cum & Christus nuptiis interfuerit, easque insigni miraculo exornaverit. Denique ejusdem Apostoli ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Ubi habentur matrimonium fidelium magnum esse Sacramentum, id est sacrum signum, interprete Augustino conjugii Christi cum Ecclesia. Demonstrativum enim (Hoc) refert præcedentia: nempe propter hoc relinquit homo patrem, & matrem, &c. eique tribuitur ratio sacri signi: subicitur deinde res significata, cum dicitur: Ego autem dico, &c. velut terminus ad quem tendit, sicut signum respicit signatum, sic ratio signi fit

in ipso matrimonio, tanquam in subiecto. Estque expositio omnium Veterum Hieron. Ambros. Nazianz. Cyrill. in illum locum Apostoli.

Est autem signum efficax gratiæ inde concitatur, quia cum matrimonium sit sacrum signum conjunctionis Christi, & Ecclesie, debet eam significare, idque per quandam similitudinem illius conjunctionis, quæ sita est in amore, qui naturalem amorem perficit, habetque similitudinem cum eo, quo Ecclesiam Christus dilexit, qui est supernaturalis, adeoque ex Christi institutione matrimonio adjunctus: unde Apostolus dicit salvandam mulierem per filiorum generationem, si permanferit in fide, dilectione, sanctificatione, sobrietate.

Patris, & Concilia frequenter idem definiunt: tamen nonnunquam de Sacramento non loquuntur quædam Concilia, quod ea quæstio tunc temporis non moveretur tanquam dubia.

Idem sentiunt Græci, ut videre est in Censura Hier. Patriarchæ Constantinop. quam ille suo, ac præsulum Græciæ nomine edidit de Concess. Angultana, An. mdcxxvi. c. 7.

Est autem finis matrimonii, ut eum conjuges consequantur, exit gratiam, nempe ut proles rectè instituantur: utantur matrimonio tanquam remedio fornicationis, ac invicem fideles existant, & diligant, sicut Christus dilexit Ecclesiam: quæ sanè abque gratia speciali geri non possunt.

INTENTIO, ET RESPECTUS AD

MATRIMONIUM INEUNDUM REQUISITUS.

Primum nempe, ut virtus in Conjuge attendatur.

EX S. SCRIPTURA.

Jethro Madianitanus Pontifex Moysi Ægyptio exuli, quia filias suas septem in pecore adquando contra injuriam pastorum defenderat, Sephoram filiam in matrimonium dedit. Exod. c. 22.

Pharao Rex Josepho propter somni interpretationem, Potiphare Heliopolitani Pontificis filiam in matrimonium collocat: ex qua ille suscepit Manassæ, & Ephraim. Gen. 41.

Othoniæ, ob fortitudinem bellicam, Axæ Caleb filia datur in matrimonium.

David Isai filius Bethlehemitæ occiso Goliath Palestino Saulis Regis filiam Michol in uxorem meruit, cum dotis nomine ducenta Palaestinatorum à se exorum præputia Regi obtulisset. 1. Reg. 2.

Abigail mortuo marito Nabal, à David Rege, licet exule in matrimonium fuit accepta, prudentiæ, & venustatis ergo. 2. Reg. 2.

HISTORICA.

Narrat D. Damasc. in hist. de reb. gest. SS. Josphat, & Barlaam. c. 16. fuisse Filium diuissimorum parentum, cui pater suus desponsavit filiam cuiusdam nobilissimi, & præ omnibus locupletissimi viri pulcherrimam. Movit autem cum puero sermonem de nuptiis, & quomodo facere meditabatur, annuixit. Quod ille audiens, & quasi rem malam, ac nefariam respiciens, relicto patre, fuga elapsus est. Ambulans autem declinavit in domum cuiusdam senis pauperis, propter æstum diei semetipsum repulaturus. Tunc filia senis virgo, quæ erat ei unigenita, sedens ante januam, operabatur manibus, ore verò suo Deum laudabat assidue, gratias agens ei de imo cordis.

Hujus autem laudes juvenis auscultans, ait: Quod est istud tuum, o mulier, studium? Cujus autem rei gratia, cum ita sis pauper, & tenuis, quasi pro quibusdam magnis donis gratias H referendo, sic laudas datorem? Quæ respondens ait: Nescis, quod sicut exigua medicina de magnis languoribus sapientis liberat hominem: ita & in parvis Dei donis gratiarum actio magnorum auctrix efficitur bonorum? Ego quidem filia sum senis pauperis, gratias tamen refero pro modicis istis donis, & benedico Dominum, certa, quoniam qui hæc contulit, & majora valet dare: & ista quidem de his, quæ extrinsecus sunt, & nostra non sunt. Et quibus neque multa fidelitatis luctum aliquod provenit, ut non dicam, quod & sæpius damnum sustinet: neque minora accipientibus, accidit detrimentum, eandem utriusque viam pergentibus, & ad eundem pervenientibus finem. Eorum verò, quæ magis sunt necessaria, & perfectissima, multa, & maxima accipi Dei Dona, quæ innumera-bilia, & inestimabilia sunt, nam secundum imaginem Dei facta sunt, & ipsius noticiam habere merui, & ratione, præ omnibus animalibus, sum prædita, & ab ipso Deo invitata sum ad vitam

vitam per viscera misericordie ejus: cujus & mysterio participans esse promerui, & paradisi janua aperta est, facile si voluero, introitum mihi prabitura. Pro tantis igitur, ac talibus donis, quae indifferenter divites percipiunt, & pauperes, ut dignum est, gratias agere, penitus est impossibile. Si tamen, & modicum istam laudationem largitori bonorum non obtulero, qualem excusationem habebit? Juvenis Itaque eximium illius stupens intellectum, ejus partem accersivie, cui & dixit: Da mihi uxorem filiam tuam? adamavi enim illum propter intellectum ejus, & pietatem. Tunc senex ait: Non licet tibi accipere pauperis filiam, cum divitum parentum sis filius. Rursus ait juvenis: Etiam hanc accipiam, si tamen mihi non negaveris eam. Nobilium quippe, & divitum quorundam filia mihi fuit desponsata; sed hanc respiciens fugam arripui; filiam vero tuam, propter pietatem, quam habet in Deum, & praclarum illius intellectum, adamans, copulari eam mihi pra omnibus cogitavi. Senex autem dixit ad eum: Non possum tibi hanc dare, ut ducas in domum patris tui, & ab ulnis meis separares illam: unica enim mihi est. Sed ego, inquit juvenis, apud vos manebit, & vestram suscipiam conversationem. Deinde & splendendum deponens vestimentum, fenis habitum postulans, induit: Tunc ille senex in multis tentans eum, & varie ipsius examinandis cogitationem, postquam cognovit firmam mentis illius stabilitatem, & quia non amore insipientiae detentus petit ejus filiam, sed pietatis amore elegit pauperim vivere, hanc pra ponens suae gloriae, & nobilitati, tenens eum manu introduxit in suum cubiculum, & ostendit ei divitias multas ibi repositas, & immensum pondus pecuniarum, quantum non viderat aliquando juvenis ille, & ait ad eum: Fili, haec omnia tibi dabo, eo quod elegisti meae fieri haeres substantiae. Quam tenens haereditatem ille omnes supergressus est gloriosos terras, & divites.

Diffimili plane modo sese gessit Antarchius quidam Arvernensis vir eruditus, & scientia tumens, tandem Sigeberti Francorum Regis miles effectus. Ex hoc quasi honoratus Arvernus venit, ibique cum Urso cive urbis amicitiam inivit. Interim, ut erat acris ingenii, filiam ejus desponsare desiderans, locicam, ut ferunt, in bellari, quo charta abdi solent, recondit, dicens mulieri conjugii Urli, quia multitudinem aureorum amplius quam sedecim millia ibi recondita tibi habeo, si mihi filiam tuam praeteriter desponsari. Sed quid non mortalia peccata cogis auri sacra fames? Promittit mulier haec simpliciter credens, absente viro, huic desponsari puellam. At ille regressus ad Regem, praceptionem ad iudicem loci exhibuit, ut puellam hanc suo matrimonio sociarent, dicens, quia dedi arrham in desponsatione ejus. Negavit autem vir ille, dicens: Quia neque te novi unde sis, neque aliquid de rebus tuis habeo. Qua intentione pullulante, ac vehementius increfcente, Antarchius expetit Ursum Regis in praesentia accersit. Cumque venisset apud Villam Brennaeum, requirit hominem alium Ursum nomine, quem ad altare clam adductum, jurare fecit, ac dicere: Per hunc locum sanctum, & reliquias Martyrum beatorum, quia si filiam meam tibi in matrimonium non tradidero, sedecim millia solidorum tibi satisfacere non morabor. Stabant enim testes in sacratio, auscultantes occulte verba loquentis, sed personam, quae loquebatur, penitus non videntes. Tunc Antarchius demulsi lenibus verbis Ursum, fecitque eum sine Regis praesentia reverti in patriam. Factoque ex hoc juramento, breve juramentorum obeulit Regi: Haec, & haec Ursum mihi scripsit, & ideo gloriae vestrae praceptionem deponso, ut filiam suam mihi tradat in matrimonium, alioquin mihi liceat res ejus possidere, donec sedecim millibus solidorum acceptis, me ab hac causa removeat. Tunc adeptus praceptoribus, Arvernus rediit: ostendit iudici iustionem Regis. Ursum autem se in Villanum territorium contulit. Cumque res ejus huic consignarentur, & hic in Villanum accessit, ingressusque unam Urli domum, caenam sibi praeparari, atque aquas quibus ablueretur, calefieri jubet. Sed cum servi domus minimè rudi Domino parentem, alios sustibus, alios virga caedit, nonnullis capita percutiens sanguinem elicit. Turbata ergo familia, praeparatur cena, abluitur aquis calidis, inebriatur vino, & se collocat super stratum. Erant autem cum eo septem pueri tantum. Cumque non minus somno, quam vino sepulsi altius obdormissent, congregata familia, ostia domus, quae erant ex lignis fabricata tabulis, claudit: accersitque clavibus, metas annonae, quae aderant, elidit: ac circa domum, & supra domum aggregatis his acervis annonae, quae tunc in mani-

pulis erat, ita ut opera ex his domus cerneretur omnino, tunc immisso per partes diversis igne, cum jam super hoc infelices materiae adificii exusta dirueret, excitatur, emittit voces: sed non fuit, qui exaudiret, donec tunc modo adusta ipsos patiter ignis absorberet. Ursum vero metuens basilicam s. Juliani expetit: datique Regi muneribus, res suas in solidum recepit. Greg. Turon. l. 4. Hist. Franc. c. 41.

Carolus Magnus Francorum Dux, Imperator Romanorum à Papa Leone Romam appellatus, missis ad Irenem legatis nuptias illius ambiit, cum nec illa ab eo conjugio abhorreret, resque confecta fuisset, nisi Eunuchus Aetius, potestatis participes, omnem (ut ajunt) lapidem movisset ne id conjugium perficeretur: nam cum in Regia multum posset, fratrem suum Leonem ornare imperio meditabatur, quem insigni studio ad praetoriam Thraciae, & Macedoniae solum exeverat, cum ipse provinciae Oesiae Orientalibus praesisset. Unde clarus viros honoratos despiciebat, & arroganter tractabat. Quod illi agrè ferentes, consilium contra Imperatricem injerunt, adhibitoque Patricio Nicephoro, generali Logotheta, profunda nocte in Chalcom venerunt, Irene agrotante, & ita adibus suis Eleutherianis decumbente; ac satellitibus dixerunt, se ab Imperatrice missos esse, ut Nicephorum Imperatorem designarent, ut Patricius Aetius eam cogere desineret ad fratrem suum Imperatorem deernendum. Illi viri Patriciis ob eorum dignitatem fide habita, ipsi etiam una cum illis Nicephorum Imperatorem salutaverunt, atque ita in Regem illi admissi sunt. Deinde ea ipsa nocte turbapromissa collecta, Nicephori designationem per totum forum ante diluculum publicarunt, & Irenes adibus, in quibus tum agebat, custodiam adhibuerunt. Die jam illucescente, eam in Orientalem regiam traductam concluderunt, postea magnam Ecclesiam vni ingressi, ut ibi Nicephorus diademate ornaretur, & Imperator proclamaretur, idque factum est. Jo. Zonar. tom. 3. sub Imperio Irenes.

MATERIA, FORMA, MINISTER.

Materia Sacramenti matrimonii remota, sunt ipsi contractantes: proxima vero, ex qua velut componitur ipsum Sacramentum, & simul Forma ejusdem, sunt ipsi adus contrahentium, id est, verba, vel signa sensibilia, videlicet quibus contractantes inter se matrimonium ineunt. Estque sententia DD. & sequacium B. Thomam. Verba enim unius conjugis determinans verba alterius, & ab illis patiter determinantur: ideoque in hisdem distinguuntur materia, & forma, quatenus enim determinat, formae rationem habent: quatenus determinantur materiae.

Siquidem externa hujus Sacramenti caeremonia est contractus, qui inter conjuges perficitur, traditione scilicet corporis, & acceptione. Itaque consensus utriusque conjugis quomodolibet sufficienter exprimat, quatenus continet traditionem, in stat materiae se habet, quatenus efficit acceptionem, in stat formae.

Minister hic peculiaris non est praeter ipsos contractantes, qui contractum perficiunt, & ineunt. Ministri enim est verba formae pronuntiare, & materiam applicare: ac per ea Sacramentum conficere: atque haec omnia hic praestant Conjuges, natura contractus id exigente. Quamvis ex decreto Ecclesiae requiratur minister fidei Parochus, qui consensus conjugum exploret, eundem approbet, & declaret, ac benedictione Sacerdotali confirmet, non tamen is Sacramentum perficit, sed ipsi conjuges.

ALIA REQUISITA.

SENSUS CONTRAHENTUM.

Requiritur ad matrimonium liber contrahentium consensus serio, non per jocum, vni, aut metum istum extortus, sive sit simul existens, sive intervallum. Obiectum autem illius consensus formale est mutua corporum potestas. Nam in mutua corporum traditione vera ratio matrimonii consistit: implicite tamen ut loquitur S. Thomas, & in radice, ac causa consentit in copulam, qui in illam potestatem consentit. Non tamen explicitè, & actualiter, ut matrimonium B. Virginis, & Joseph colligitur. Debet etiam consensus esse absolutus, non conditionatus: nisi aequivalcat cum absoluto.

SENSUS PARENTUM.

De hoc aliter haereticè, aliter Catholici sentiunt. Illi volunt omnino requiri consensum parentum, ita ut absque matrimonio initum sit nullum. Usque adeo ut Calvinus dicat, inter eas Ecclesiae leges, quae sunt de matrimonio in Deum ipse, hanc primam esse, quae habet non requiri consensum parentum.

Catho-

Catholica Fides docet non requiri consensum parentum ad hoc, ut matrimonium quod substantiam sit validum. Matrimonium enim libera esse debet, estque illorum consentire in matrimonium, ad quos spectat ferrè illius onera, & qui contractum ineunt.

Exempla utriusque consensus.

Cum Abraham mississet procuratorem, qui nomine filii ejus experteret Rebecam, dicit Scriptura Gen. 24. quod pater, & frater dixerit, postquam cum procuratore tractasset: Vocemus puellam, & inquiremus ejus voluntatem, Gen. 24.

Ibid. autem c. 26. Esau duxit duas uxores, quae ambo offenderant animum Isaac, & Rebbecca parentum ejus: proinde invitatis parentibus eas accepit.

Et rursus c. 28. accepit Isaac ea conjugia irritavit, & Scriptura simpliciter uxores vocat, quae ita ductae fuerant.

Deinde Jacob Gen. 29. l. 20. duxit uxorem unam juxta consilium parentum suorum, sed alias tres, & praesertim duas ancillas duxit parentibus omnino incisis: nec tamen Jacob sanctissimus Patriarcha id fecisset, si credidisset necessarium esse consensum parentum.

De Samone, qui accepit uxorem de filiabus Philistinorum, idem legitur, Judic. 14.

Tobias quoque, ut legitur c. 7. libri Tobiae, uxorem duxit in aliena regione, parentibus ignorantibus: nec tamen Angelus Raphael, qui eum ipso erat, eum admouit, ut parentum consensum expectaret, neque ipse religioni sibi duxit, incisis parentibus id faceret.

IN NOVA LEGE.

Clemens III. de puella nubili ita loquitur Cap. cum virum. De Regularib. Tunc, inquit, quia liberum habet arbitrium in electione propositi, parentum sequi non cogitur voluntatem.

Euchus pertinet, quod ait S. Ambrosius in lib. de Virginit. Cui licet, inquit, maritum eligere, non licet Deum praertere? Ubi docet, licere puellae virgini, patre etiam invito, continentiam Deo voveret, scilicet eidem licet virum eligere.

Eisdem Ambrosius in Epist. 43. ad Sygnium, qui filio indignabatur, quod sine suo consilio uxorem duxisset, dicit, culpam aliquam ab eo filio admittam; tamen facis aperte indicat, Matrimonium fuisse ratum, & Sygnium laudat, quod facile culpam ignoverit filio.

Peccare, qui absque Parentum consensu matrimonium contrahunt, eorum voluntatem intervenire debere, ac sine ea plerumque matrimonium infansula.

Quia matrimonium res est magni momenti, & ratio naturalis praescribit, ut parentes curam habeant status decensis prolium, & in eo proles parentibus obtemperet, sit ut parentum consensus ordinariè requiratur, ut matrimonium honestè, & licitè contrahatur. Immo peccant filii, si absque causa rationabilis, parentibus invidis, vel incisis, matrimonium ineant.

Exempla S. Scripturae ad manum sunt, eorum, qui parentum consensum, & consilium adhibuerunt. Gen. 24. Isaac accepit uxorem, quam pater ei dedit: & Rebbecca uxor illius patris sui consilio obtemperavit, quae dicit Ambrosius scribens lib. 1. de Abraham c. ult. multa in eam rem adducit. Laudatur inter alia versus Euripidis, qui virginem ita loquentem introducit: Sponsalium quidem meorum pater meus curam subibit: hoc enim non est meum.

Ein Epid. ad Sygnium quae est 43. dicit, cum iuste indignatum, quod se infans filio uxorem ducere voluisset.

Jacob obediit Isaac patri praecipienti, ut non acciperet uxorem de filiabus Laban. Gen. 28.

Quin Exod. 24. l. 7. Deus parentibus dat praepcepta de matrimoniis filiorum, ne scilicet jungerentur cum Chananeis.

In vita S. Basilii Magni habetur, quod Proterius Senatoris Filia, ab ejus servo per Magnum decepta, & infans amore correpta, pater instanter togat, ut possit juxta matrimonium illum; qui se consentire non sibi, pro ea redditurus est rationem in die iudicii. Aut comple, inquit, desiderium, aut brevi me extindam videbis. Pater, qui filiam hanc Deo consecraverat, immenso more ore absorptus, amatorum consilii, iussit fieri quod petebat, nec sibi exitum adferre, cum pater. Valde inquit, misera, multum lugebis aliquando, cum facti poenitebit, nec tamen mederi poteris. Initio igitur in conjugio, obtervatum est servum non ingredi Ecclesiam, nec esse Christianum. Quod ubi intellexit puella, humi se prosternit, suis se unguibus discepit, & sequens tundit viciferans: Nemo parentibus non obediens, salvus unquam fuit. Quis patri meo annunciabit igno-

minam meam? Heu me miseram, in quantam me perditionis voragine demersi? Cur in lucem edita sum, cur non contenta rapta sum? Amphilechius Episc. in vita S. Basilii apud Sur. tom. 1. Januarii 1.

NON ESSE COGENDOS FILIOS AD MATRIMONIUM.

Non longè ab urbe Suesionensi degebat vir nobilis militiae deditus, nomine Guido, ejusque uxor Ermegardis, pietatis cultrix. Hi filiam gemerunt vultu decoram, quae cum ad nobiles pertigisset annos, ab illis militi cuidam natalibus non impari fuerat desponsata. At illa, ut se habet puellans lascivia, quendam alium, rebus, & genere inferiorem, plus diligens, recubabat sponsum à parentibus delectum, crebro jurans, quod se ipsam interficeret, nisi cupitis amplexibus potiretur. Ea incommodate parentes affecti, virum Dei Arnulphum Suesionensem Episcopum consulunt, scire cupientes, quid in ea afflictione ipsis faciendum foret. Ille auditus eorum querimoniis, oportum quidem, & planè divinum esse responsum dedit: Canonum, inquit, auctoritate cavetur, ne puella, cui non vult, jungatur, ideoque praecipio vobis, ut puellam eique quem amat, collectis matrimonio. Ut enim ob vestrae religionis meritum nobis offensum est, paulò post videbitis eam illum sponsum ardentè expetere, cujus à se conjugium tam studiosè jam conatur movere. Permittatis filiae vestrae sua hac in re uti voluntate, & ita fiet, ut res ad vestram cedat honestatem. Creditur illi verbis sancti viri, nuptias optatas honesto apparatu celebrant, sinumque filiam dilecti viri frui contubernio. Ille vero, cum in id esset valde intentus, ut posset miles celebris haberi, nunquam voluit abesse, ubi fieret congressus cum hoste; & dum avidus fertur in arma, ab armatis perimitur: & sic sponsa manens vidua mox priori conjungitur. Jo. Liziard. Ep. in vita S. Arnulphi Ep. c. 15. apud Sur. 15. Aug.

Felix è Barbarano, Italia, virgo sanctissima, cum eam aetatem attigisset, quam communi parentum consilio viro tradenda videretur, multos habuit proeros, à quibus in conjugem petebatur. Inter ceteros vero Juris Doctor, vir dives, ac celebris, non procul inde, hujus virginis fama pernotus accessit, ut eam vel sine dote à parentibus in uxorem peteret. Cui peccitoni non modò sese faciles praebuerit, verum etiam incredibiliter fuerit perfuncti gaudio, quòd is gener filii obtingeret. Parentes interim, ultro citroque habito, ac approbato super ea re consilio, puellae mentem pertentantes, quam à sua remotissimam deprehendunt: illa enim non tantum parentum desiderio retragata, sed etiam millies mori potius professæ est, quam virginitatem semel caelesti sponso à teneris annis consecratam sibi eripi pateretur. Adhibentur ab utroque parente preces, ut consentiret; at illa respondit, se ad quavis eorum iusta paratissimum esse, in hoc uno illis obtemperare sibi fas non esse. Neque etiam virginis animum movere poterunt consanguineorum obsecrationes, hortantium, ut ad patris, matrisque voluntatem flecteretur. Ceterum puella sententia Christi memor, quia dicit: Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus, relicta parentum pietate, ut Christo sponso adhereretur, in ea mente constantissimè persistit, ejus suppliciorum generi subici parator, quam fidem semel datam fallere. Parentes itaque acerbat, à precibus ad minas conversi, injuriis variis afficiunt, risu, dicerique incessant, ac verberibus onerant. Crepitantes vero verborum ictus ita suaves perferentibus, ut harmonia cantus, qui in sponsi nuptiis fiebat, ejus auribus insonare videretur. Dum parens uterque priores conatus omnes irritos animadvertit, vir quidam, cui à Jurisconsulto illo connubii tractandi negotium commissum, evocatur. Is cum venisset, eodem etiam tempore Felix accessit. Parec illa, seque viliori quam alias unquam habitu sedit. Tum illi: En, inquit, Matrimonii leges jam diximus, à quibus ut recedas, tibi non est integrum. Velis, nolis, contentias oportet. Hic puella nec parentum verbis, nec Paranympsi conspectu terria, constantissimè sese jam pridem nupsisse, sibi que sponsum Christum esse respondit. Parentes tum oratione ad Paranympsum conversa, praemonent, ne filiae verba magni faciat, sed sit ipse bono, ac fidenti animo: fore enim quoquo modo sperabant, ut ad nutum pareret. Ille vero ab is digressus ad Jurisperitum sese confert, cui illorum animum, sensusque aperit. Gaudet ille, seque propediem voti compotem fore sperat. Sed o admirandum divina providentiae argumentum! Biduum non effluxerat, cum ecce Doctorem acutissima febris adortus; quae cum in dies gravesceret, sensit ille malum hoc sibi à Deo immissum, quòd integer-

integerrime virginis animum à proposito dimovere conatus
 A fuisse: cumque jam se morti propinquum pensitasset,
 virgini dotem assignat, quae se, suscepto religionis habitu
 Dei obsequio manciparet. Tertio itaque die vitam cum mor-
 te commutat. Neque verè sic parentum animum conque-
 scit: cum enim eò loci per insignis quidam medicus advenisset, mox
 parentes de contrahenda cognatione cum eo cogitant: quod
 medico gravissimum fuit, prius certior factus de probitate
 puellae, eamque deposcit. Rursum itaque parentes virginis
 animum precibus impugnare conantur, etiam atque etiam
 monent, ut dispiceret, quàm belle secum ageretur, si medico
 tam celebri sociaretur. Porro illa nihil à priore dimota
 proposito, id unum identidem ingeminat: Alium medicum
 esse, à quo virginitatem suam optimè propugnandum fe-
 ret, ideoque illos frustra sperare, à quibus ad nuptias con-
 trahendas movebatur. Cumque parentes spem omnem sibi
 ereptam advertent, deinceps, ab omni profusè ei molestia
 inferenda abstinerent, & proprio genio relinquendam esse
 censuerunt. Illa ubi se liberam vidit, immortalis Deo, à
 quo virginitatem defensam agnoscebat, gratias immortales
 egit, pristinamque vitae institutum constantissimè tenuit.
*Bonfig. Cacciaqua in epist. ad Isabellam de Capua posita post
 B. Catechismum spiritualem.*

MATRIMONII FINIS, ET BONA.

Distinguntur communiter quatuor fines matrimonii. Pri-
 marius est susceptio, & educatio prolis, quae involvit rectam
 institutionem in timore Dei, &c.

II. Est domestica societas, & communicatio operum, quae
 ad vitam sunt necessaria. Nam ut docet *Arif. l. 8. Ethic. c. 12.*
 Vir, & uxor non junguntur solum ad procreandum, ut anima-
 lia cetera: sed etiam cohabitandum, ut simul familiam regant,
 & domestica inter se partiantur.

III. Ut sit remedium contra concupiscentiam. Unusquisque
 propter fornicationem uxorem suam habeat, inquit Paulus: in-
 telligit de eo, qui liber est, & ad matrimonium inendum
 capax: quem vult ad evitandam incontinentiam nubere, si cas-
 tè vivere velit nolit. *1. Cor. 2. vers. 2.*

IV. Ut sit Sacramentum conjunctionis Christi, & Ecclesiae.
 Exhinc tria Matrimonii bona eliciuntur: Proles, Fides, & Sa-
 cramentum. De quibus *August. l. de Nupt. & Concup. c. 11. &
 ex illo Concil. Florent.*

DE PROLE.

Primum Bonum est Proles, neque ex legitimo matrimonio
 C suscipienda, & ad cultum Dei educanda. De quo Apostol. Sal-
 vatorum mulier per filiorum generationem, quod non tantum
 de procreatione, sed etiam de educatione, & recta institutione
 accipitur. Additur namque, si in fide permanferit.

PROLES A DEO IMPETRANDE,

EQVE OFFERENDE.

EX S. SCRIPTURA.

Anna Helcanæ uxor diu fuerat sterilis, eum post multas
 preces Samuel genuit, quem Domino conferendum devo-
 vit. *1. Reg. 1.*

Elizabeth quoque diu infœcunda fuerat, cum Zacha-
 riaz sacerdotio fungendi dixit Angelus, quod ipsa pareret
 filium. Peperit itaque filium Joannem Baptistam præcur-
 sorem Domini. *Luc. cap. 5.*

HISTORICA.

Erat in urbe Amasea quidam Androginus legitima uxore
 D copulatus: qui cum filios procreandis operam darent, ita fru-
 strabantur, ut infantes antequam à ventre exirent, immaturi
 praeirentur: ex quo parentes ipsi magno moerore afficie-
 bantur: quid igitur facerent? utile consilium capiunt. Consi-
 giunt ad Deum, qui mortuos etiam potest per servos suos in
 vitam revocare. Imitantur viduam illam Sareptanam, cujus
 filium Elias suscitavit: Sunamitam imitantur, quæ currit ad
 Elifæum, eum filius ejus in conaculo mortuos pæceret. Consi-
 giunt & ipsi ad beatum virum Eutychem: supplicat, ut preci-
 bus suis impetret, ne infantes sibi in lucem editi statim mor-
 riantur. Quæ cum pro illis precatus esset, ambos unxit oleo
 sancto, tum eo quod è pretiosa cruce, tum illo quod ex sancta
 purgæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ nostræ
 Domine veneranda imagine scaturire solet Zozopoli dicens:
 In nomine Domini nostri Jesu Christi. Hæc enim verba cun-
 ctis agrotantibus, qui ad se accedebant, solitus erat adhibere,
 quemadmodum & S. Jacobus præcipit, sed non ut in Sacra-

mento. Cum igitur precandi finem fecisset, & tanquam gra-
 tia quadam afflatus taceret: mox nomen illi (inquit) Petrum
 E imponeris, & vivet: erat enim mulier gravida. Cum autem
 ego adesset, & respondisset: at si feciminam, inquit,
 pariet, equod illi nomen imponet? Minime (inquit)
 sed Petrum vocabunt, & salvus erit. Quibus verbis gauden-
 tes, tanquam puerum nondum natum in ulnis gestarent,
 domum reversi sunt. Tempore jam impleto peperit filium
 quemadmodum ante viderat, & prædixerat servus Dei. Quem
 cum baptizandum curassent parentes, & nominassent Pe-
 trum, postea unà cum ipso ad virum sanctum accedentes,
 complexi sunt pedes ejus, & confessi sunt, quæ sibi fecisset
 Deus, & quod sui miserum esset. Impositis autem puero ma-
 nibus, vir sanctus benedixit ei. Sed cum crevisset ille, qui ex
 præcognitione precibus genitus fuerat, alter natus est illis.
 Itaque venientes rursus, ambos filios ad sanctum virum at-
 tulerunt, laudantesque Deum rogabant, quò nomine pos-
 sitrem debere appellari. Qui geminos filios iuvis, illud
 Salomonis venuste usurpavit: Frater, qui coadiuvatur à fratre
 quasi civitas firma. Parentibus autem illorum dixit: Joan-
 nes hunc appellabitis, quoniam in æde S. Joannis preces
 vestras Dominus Deus audivit. *Cæsar. Baron. tom. 7. Ann.
 564. ex Eusebio.*

Etsi permulta Hispania urbes merito Sanctis suis illu-
 strantur, Toletana tamen clarissima civitas, illæ fonsi glo-
 riosissimi meritis innumeris majorem in modum gloriam pos-
 test. Hujus namque sancti parentes, Toletani cives, & ge-
 neris nobilitate, & morum, viteque sanctitate maxime flo-
 ruere: pater enim, Stephanus nomine, affluè munera pau-
 peribus erogabat: mater verò, Lucia nomine, dies conti-
 nuos, ac noctes orationibus ad Divam Mariam Virginem Dei
 Genitricem semper impendebat, orabatque, ut sibi tandem
 proles nasceretur. Cui quædam Maria Virgo visibiliter ap-
 paruit, dixitque: Lucia, tibi filium prænuccio nasciturum,
 qui magnam Hispanis omnibus lucem afferet. Quæ cum hæc
 dixisset, summo splendore resurgens ab illius oculis evanuit.
 Conceptit itaque deinde Lucia sanctissima mulier, & filium
 peperit illedefonum, cujus vitam, quam sanctissime semper
 egit, enarrare longum est. Cæterum cum adolescentiam
 discipulis, & rebus facis impendisset, postea Eugenio in To-
 leti Archiepiscopatu succedens, in eo vitam sanctissime fini-
 vit, qui propter suam erga Virginem Dei Genitricem contem-
 plationem, dicitur, & sine dubio creditur, ab ea vestem can-
 didam, rem divinam celebraturus, accepisse in Ecclesia To-
 letana, ubi nunc extat Altare, in quo celebravit. *Lucius Ma-
 rin. Siculus de reb. Hisp. l. 5.*

Amata S. Nicolai Tolentini, Ordinis fratrum Eremitarum
 S. Augustini mater, eum jam multo tempore vixisset cum mari-
 to suo, & instar sterilis nullos pareret liberos, magno ardens
 desiderio prolis, sicut & vir ejus, quemadmodum Anna illa
 veteris Testamenti Samuelis mater, in templum intrans, erga
 beatum Nicolaum Episcopum magna animi devotione conce-
 pta, flevit abundè, & vorum Domino nuncupavit, ita di-
 cens: Domine Jesu Christe, ut omnia potes, respice piete-
 ris oculis ancillam tuam, & aufer à me sterilitatis opprob-
 rium, prælaque mihi, ut filium concipiam, futurum ser-
 vum tuum, eumque pariam in laudem, & gloriam nominis
 tui. Sed quia preces meae parvæ sunt, & exiles in conspectu
 Majestatis tue, sanctum Nicolaum Antilem tuum supplici-
 ter deprecor, ut ejus orationibus merear à te Deo omnipo-
 tente consolationem percipere: pollicor enim, me celebra-
 rum ejus tumulum aditum, unà cum marito meo, servo
 tuo, Deinde noctu quiescentibus illis apparuit Angelus Do-
 mini, justitque, ut ad S. Nicolaum Barrensem properarent, H
 cognitari illic, qui ex eis propediem nasciturus esset. Mira
 sane Dei dignatio. An forsitan Samson hic, cujus mater idem
 est. Sterilis es, & absque liberis, sed concipies, & paries fi-
 lium. Expergeta illi, & valde hilarati, mox fugerunt, grâ-
 tias bonorum omnium largitori Deo auctori. Nihil verò de
 Angelica visione hafitantes, cum res, & facultates suas cognati-
 tis, & amicis commendassent, iter arripunt, in habitu pere-
 grino. Ubi autem ad B. Nicolai Ecclesiam venerunt piæ, &
 religiosè peractis gratiis, oblatisque muneribus exierunt festi,
 ante Altare obdormiunt. Et ecce mox in Pontificis habitu eis
 apparuit S. Nicolaus, dicensque ad illos: Natus est, qui vobis
 nunciat filium vobis nasciturum, dixit mihi, ut ad vos ven-
 irem, confirmaremque meis verbis edituros vos filium, qui
 Nicolai nomen sit habiturus, quippe qui, me impetrante,
 nascetur. Erit autem ille domino gratus servus, religiosam-
 que, & asperam ducet vitam, fungeturque sacerdotio, &
 Deo

Deo gratissimum offeret sacrificium, &c. Secuti igitur, &
 A certè exauditas esse preces vestras, & vera Angelum vobis
 nunciasse, domum abite. Atque ita redeunt ad propria. Uxor
 sic gravida, & demum parit filium, qui à parentibus Ni-
 colaus fuit appellatus. *In vita ejus apud Sur. c. 1. & 2. die
 Sept. 10. tom. 5.*

Cum quondam apud Scotos regni gubernacula David
 Rex, eximia fortitudine, ac prudentia vir, teneret ducta
 in matrimonio Czilia Regis Sicilia filia, postquam mul-
 to tempore nulla spe prolis unà degissent, tandem preci-
 bus Guallaferi, Dubliniensis Antiditis, filium à Deo im-
 petrarunt: qui ut Angelo nunciante conceptus, ita etiam
 eodem momento in lucem editus. Rumoldi nomen sortiri
 meruit. Tinctus à Guallafero lustralibus aquis, eidem in
 disciplinam magno parentum gaudio traditus est. Erat autem
 puer egregia indole, & ab ipsis cunabulis parsimonia primùm
 deditus, adeò ut ternis in qualibet hebdomada vicibus à
 materni uberibus puer abstineret, & cameque abstinentiam
 ad extremum vite spiritum divino afflatu edoctus confer-
 vavit. *In vita S. Rumoldi Arch. presbyter. Mechliniensis apud
 Surium 1. die Julii.*

Leo Magnus, qui Romanum administrabat imperium,
 naturam autem regere non poterat, sed proles ei deerat
 B mascula, quid faceret? Conspigit ad Deum omnium Domi-
 num, apud ipsum Daniele usque intercessore. Ille verò pa-
 ruit, & anno sequenti parituram esse uxorem protinus si-
 gnificavit. Res ergo, ut dixerat, successit, & natura cessit
 precibus, non solum ad hoc, ut daret filium; sed ad hoc
 etiam, ut daret illo tempore, quo Sancti os divinum prædi-
 xerat. Sic ille non solum erat filius preceationis, sed etiam per
 preces dabit alios, ut haberet filios: idcirco cum remun-
 erans Imperator, tertie columnæ ei jecit fundamentum. *Si-
 meon Metaph. in vita Danieli Stylite, c. 21. apud Sur. 11. Decem-
 bar. tom. 6.*

Cum Mater mea, inquit Theodoretus, cum patre meo
 habitaret sterilis annis, ea non fuerat facta mater filiorum:
 erat enim sterilis, ut quæ fructum ferrè à natura prohiberetur:
 & ipsa quidem id non valde agere ferebat: Quæ enim erat in
 rebus divinis erudita, credebat hoc esse utile. Magnam autem
 molestiam accipiebat pater, quod careret filiis: & circumqua-
 que cursitans, rogabat Dei servos, ut à Deo ei peterent filios.
 Alio ergo pollicebatur se, & Deum depercaturos, & jube-
 bant, ut esset Dei voluntate contentus. Macedonius autem
 vir divinus aperit se professus, se unum petiturum ab uni-
 C versis opifice, & se petitionem accepturum esse pollicitus. Cum
 tres itaque anni præterissent, & promissio finem non accep-
 sisset, rursus accessit pater promissum exigens. Ille autem
 iussit, ut ad se mitteret conjux. Cum autem venisset mater,
 dixit illi vir divinus, se & petiturum, & eam filium acceptu-
 ram, & quod oportet illum ei, qui dederat, dedicari. Cum
 autem mater solum rogaret, ut animæ salutem acciperet, &
 liberaretur à gehenna; præter hoc, inquit, liberalis, & mu-
 nificus Deus tibi dabit filium: iis enim, qui purè, & sincere
 petunt, duplices largitur petitiones. Illinc reversa est mater
 afferens promissum benedictionem. Et quarto anno à promissio-
 ne concepit, & gerit uterum: & accedit ad divinum homi-
 nem, benedictionis ostendens manipulos. Quinto autem
 mense à conceptione, fuit periculum abortitionis. Illa autem
 rursus misit ad novum virum Elifæum: vetabat enim morbus
 ne ad ipsum veniret, & ei revocavit in memoriâ, quod
 nolebat fieri mater filiorum: & ejus promissâ adduxit in me-
 dium. Ille autem cum procul vidisset venientem, & agnovit,
 & eualam significavit. Nocturno enim & morbum, & salutem
 ei ostenderat Dominus. Accepto ergo baculo, venit, ei in-
 D nitens; & cum fuisset intra ades, & pacis salutationem de-
 disse, ut confueverat; Bono, inquit, sis animo, nec timue-
 ris. Neque enim donum auferet is, qui dedit, nisi tu pacta
 conventa transileris. Pollicita es autem ei reddidit cum
 qui datus fuerit, & ei consecraturum ad divinum ministerium.
 Sic, inquit mater, & opto, & volo: existimo enim vel im-
 perfectissimum factum esse magis expetendum, quam à Deo
 alienam filii educationem. Cum itaque aquam accepisset, &
 benedixisset: Bibe, inquit vir sanctus, hanc aquam, & sen-
 tias divinum auxilium. Bibit itaque, ut iussisset, & abortio-
 nis effugit periculum. Hæc sunt nostrè Elifæi miracula. Ego
 ejus benedictionem, & doctrinam sæpe percepi. Me enim ad-
 hortans, sæpe dicebat: Natus es, ô fili, cum multis labori-
 bus. Multas noctes Deum hoc solum perpetuò rogavi, ut
 tui parentes hoc fierent, quod te nato tum nominati. Vide
 ergo, ut vitam agas dignam laboribus, ut qui, antequam

nascereris, promissis fueris dedicatus. Quæ sunt autem Deo
 dedicata, sunt omnibus veneranda, & à vulgo minime con-
 E trectanda. Convenit ergo, ut tu quoque malos animi motus
 non admittas: illa autem sola & cogites, & facias, quæ
 Deum placent virtutis legislatorem. Hæc mihi perpetuò sua-
 debat vir divinus; ego autem & eorum memini, & donum
 divinum sum edoctus. *Theodoretus in bist. SS. Patrum, c. 13.
 in vita Macedonii.*

Anno 1474. Joannes Mates, & Catharina Calagnina Bar-
 cinonenses cum annos octo egissent sine prole, pro ea ob-
 tinenda voto domi concepto, & in ipsa sancti Severi Ec-
 clesie renovato, sacrum solemne faciendum curarunt in
 honorem duodecim Apostolorum, accensis duodecim ce-
 reis, cum nomine unius Apostoli ad singulos cereos. Au-
 dierunt Apostoli vota precantium: nam ipsi spatio tredecim
 annorum sequentium duodecim proles habuere, octo
 masculos, & quatuor fœminas; quorum singulis unius Apo-
 stoli nomen indidit. Et licet diu supervixerint, nullam
 ultra prolem suscipere. Filii deinde post parentum mor-
 tem singuli circa festum sui Apostoli, cujus nomen gere-
 bant, obiere. Ultime superles, qui & hæc Romæ in mar-
 more incidi curavit in sancto Salvatore de Lauro, Petrus Ma-
 tes L. V. Doctor, & cubicularius Apostolicus. Dum Ec-
 clesie S. Salvatoris conflagravit, marmor translatum est in
 claustrum. *Exstat in marmore quodam Romæ in templo S.
 Salvatoris de Lauro.*

Cum mulier Rais nomine, fide quidem ferventissima, &
 maxime pia, gloria autem valde insignis, didicisset, quæ à
 Magno Daniele Stylita fierent miracula, prompto, & ala-
 cri animo ad eum accurrens, similiter atque illa meretrix, o-
 ctus pedes rigans lachrymis, precibus ab eo contendit, ut sibi
 nasceretur filius. Cum autem humi dejecta vidisset ejus pedis
 solem exercitatione à tendine discissam, stupens tolerantiam,
 & mittens voces Chananæ similes, dans ei funiculum, ro-
 gat, ut eum circa ejus pedem involveret, & ei rursus reddat:
 Hæc est, inquit, summa mea petitionis. Ille vero primùm
 non sustinebat, sed motus illius lachrymis, & præterea
 Episcopi, & cæterorum verbis flexus, non solum illum, sed
 cum funem circumvolvisset, ei reddidit, sed etiam significa-
 vit fore, ut ipsa pareret filium, & prædixit nomen filii; Ze-
 nonem, dicens, ô mulier, vocabis filium. Et sic quidem san-
 ctus. Ego autem nihil dicam amplius, clarum est enim ita
 evenisse: nihil enim excidebat ex iis, quæ ab illo prædicaban-
 tur. *Ex Adis Danieli Styl. cap. 4. apud Sur. 11. Decem-
 bar. tom. 6. An. 476.*

DE FIDE, ALTERO MATRIMONII

BONO.

Vide in Loco de Amore, Amicitia conjugali, Fi-
 delitate multa de hoc Argumento.

Fides secundum Matrimonii bonum est, non ille habitus
 virtutis, quo imbuimur cum baptizamur: sed fidelitas quadam,
 qua vir & mulier mutuo se obstringit, ut alter alteri corporis
 sui potestatem facere teneatur, neuterque extraneo valeat
 commiseri. Juxta illud Apostoli, mulier sui corporis pote-
 statem non habet, sed vir, & uxor viro debitum reddat. Græcè
 ὀφειλόμενον ἀλλήλων, debitam benevolentiam. Iterùm: Nolite
 fraudare invicem, scilicet negando debitum conjugale. Hæc
 ergo fidelitas mutua charitatem, & benevolentiam adjun-
 ctam habet, quæ faciunt, ut unus alteri corporis sui usum
 non communicet, autius alteri extraneo tradat.

FIDELITATIS BENEVOLE H

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Sara uxor Abrahami marito obediebat, eumque Dominum
 appellabat. *Gen. 18.*

Michol Regis Saul filia maritum suum Davidem fune per
 fenestram demissum, è manibus Saul filia ejus vitæ indidant
 eripuit. *1. Reg. 19.*

Vasthi Regina, quia noluit parere Afluero Perfarum Regi
 marito suo, ab eo vocata, repudiata est. *Hester c. 1. Josep. l.
 11. antiq. c. 6.*

Parentes Saræ monuerunt eam, honorare Tobiam socer-
 rum, & Annam soceram, diligere maritum, regere familiam,
 gubernare domum, & seipsum irreprehensibilem exhibere.
Tob. c. 10.

A HISTORICA.

Cum mulieres alle per Maximum tyrannum contaminarentur, sola mulier Christiana Alexandria, nobilissima, & clarissima, libidinosum, & lascivum ejus animum mafeula animi presentia devicit. Erat hac mulier, & cetera quidem insignis, opibus videretur, & genere, & eruditione, verum cuncta hac castitati postponebat. Quam cum plurimum oblectasset, & occidere alioqui ad mortem paratam non posset, concupiscentia magis quam ira victus, exilio damnavit, ac cunctis facultatibus spoliavit. Et alia innumera fornicationis comminationem a Prædibus cujusque gentis ne audire quidem valentes, omne genus suppliciorum, tormentorum, ac lethaliu...

ornamentum corpus causata, introque in cubiculum ingressa, atque ibi sola constituta, gladio seipsum interfecit, ac confesso mortua cadaver leonibus reliquit, & hoc opere quavis voce magis sonoro, apud solos Christianos virtutem nullis pecuniis vicini, nulloque exito perdit posse, ad omnium mortaliu...

Huius planè conforme est, quod Nicephorus scribit. In prima directione urbis Romæ ab Alarico Gothorum Rege, facta an. Christi 412. Mulier quædam maximum exhibuit pudicitia specimen. Quod namque atatis flore, & formæ venustate præfaret, ex Alarici militibus juvenis quidam pulchritudine ejus, cum eam vidisset, captus, ad concubitum eam sollicitavit. Cum autem piculum id advenisset, miles ense stricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per misericordiam summum tantum collum vulneravit. Illa verò citrore diffusus, jugulum ferro subdidit, melius sibi esse rata, ut cum pudica mente mortem oppeteret, quam cum alio viro concubere. Et postquam ferocius barbarus illam aggressus est, plurimumque, eam oppugnando nihil egit, ad castitatem ejus confirmatus in Apostolicum D. Petri templum eam duxit, Ecclesieque custodibus commendavit, sex illis aureis nummis datis, ut puellam viro suo conservarent, Niceph. Call. lib. 13. Hist. Eccl. c. 35.

Blanca Rubæ Patavina, uxor Baptista à Porta, in præsidium Bassianum municipii Patavini cum viro profecta, an. Christi 1233. cum Acciolinus tyrannus Patavio amissio omnem bellivium in Bassianum convertisset, & prodicione etiam cepisset, atque in ipsi portis Baptistam obruisset, Blanca quoque armis induta fortiter pugnans à militibus circumventâ, captiva ad tyrannum ducitur. Is, forma ejus (quam augebant arma) motus, primò blanditiis, mox etiam vi adortus eam corrumperere tentavit: illa, cum alia ratione effugere non posset, per fenestram se dedit præcipitem: semianimis ex casu vix tandem curatur. Curatam tyrannus denud aggressus, & quia consentire nolebat, fervorum opera ligatam constupravat. Illa dolorem dissimulans, impetravit ab amicis, ut ad levandum eum morem, & desiderium aperto sepulchro, mariti fœtidum cadaver semel tantum aspiceret posset. Mortem illi gerunt. Aperto itaque sepulchro, ubi jacebat, illa magno emissio ejulatu, in sepulchrum sese precipitavit, simulque tantâ violentia lapidem impulit, ut una rueret, & Blanca cervicem frangeret. Sic pudicitiam suam ultra, ex voto suo commune cum marito sepulchrum obtinuit. Bernardus Scardoni. lib. 1. 3. Hist. Patavina An. 1233.

Venerimus Afcalonem, in Xenodochium patrum, narravit, quod nobis Abbas Eusebius Presbyter, quod negotiatione quidam navigans perdidisset omnia, & sua, & aliena, evasissetque ipse naufragium. Qui cum venisset huc, à creditoribus comprehensus, & in carcerem missus est: direptaque sunt omnia quæcumque domi habebat, & conjugis etiam ipsius vestimenta. Illa igitur ex multa anxietate, & tristitia, & inopia, non poterat virum vel pane nutrire. Sedente igitur illa die quadam in carcere, & gemente, intravit vir quidam magnus, vindictis dare elemosynam. Videns ergo Mulierem liberam sedentem cum viro suo, vulneratus est in amore ipsius: erat enim speciosissima, & mandavitque illi per carcerem, ut ad se veniret. Illa videns, quod agapem acceptura esset, libenter accessit. Qui

sumens illam seorsum ait ei: Quid est, quod habes? & cuius rei gratia hic es? Quæ illi cuncta enarravit. Ait autem ipse: Si perolvero debuit, dormies necum nocte ista? Illa autem, verè pulcherrima, & pudicissima, dixit ei: Audivi, Domine, dicentem Apostolum; quia mulier non habet potestatem proprii corporis, sed vir: permittite ergo Domine, ut interrogem virum meum, & quicquid ille jussit, faciam; veniensque omnia nunciavit viro suo. Ille ut prudentissimus, & uxori suæ maximo devinctus affectu; raptus non est ipse, & desiderio evadendi carceris injurias, sed ingemiscens cumlachrymis ait uxori: Perge, perge, foror abrenuncia homini: per enim in Dominum nostrum Jesum Christum, quia non derelinquet nos usque in finem. Exurgens autem ille, dimisit à se hominem, dicens: Dixi viro meo, & non vult. Perid autem temporis, latro quidam injectus fuerat in ipsum carcerem, priusquam negotiator vinceretur. Hic omnia inspiciebat, & audiebat vixi, ac mulieris verba, ingemuitque apud semetipsum dicens: Ecce in quo ista casu existunt, neque tamen libertatem suam perdidit, ut pecunias acciperet, & dimitterentur, sed pudicitiam pluris quam pecuniam existimaverunt: vitæque illius comoda, ut illius pulchritudinem non violarent, contempserunt. At ego quid faciam miser, qui nunquam cogitavi, quod Deus esset, & idcirco homicidiorum auctor fui? Vocans autem illos ad se per fenestram cellæ, ubi vindictus detinebatur, dixit eis: Ego latro sum, & cadum patror, quamobrem, quacunque hora Præfectus venerit, ad mortem ut homicida ducendus sum. Considerans verò pudicum consilium vestrum compunctus sum; itaque pergit, & in tali loco civitatis fodite, & accipite quas inveneritis pecunias; cumque perolveritis debuit, plurima etiam benedictio remanebit vobis, & orate pro me, ut ego inveniam misericordiam. Post paucos ergo dies, ingressus civitatem Præfex, latronem educi jussit, & decollari. Sequenti autem die dixit mulier viro: Si jubes, mi Domine, vadam ad locum, quem denotavit latro, si forte vera sint, quæ ille locutus est. Quia: Ut tibi videretur, facito. Illa verò, sumpto brevi faculo, vespere ad locum abiit: & fodiens, ollam invenit diligentissime operatam, fumentem illam, profecta est. Prudenti verò usâ consilio, paulatim creditoribus reddebat debita; ut, ex hoc ab aliis pecuniam mutuari paratur. Implevit autem omnem debitum solutionem, virumque de carceris custodia eduxit. Dicebat autem, quia narravit; Ecce quoniam servaverunt illi mandatum Domini nostri Jesu Christi, magnificavit: & ipse eis misericordiam suam. S. G. p. 109. Prati spirit. c. 89.

Ann. Dom. 1606. Christiana quedam Facatenfis in Japonia, honestis moribus fœmina, à gentili milite, qui ejus conjugem abesse intellexerat, & literis, & blanditiis, ut datam marito fidem falleret, fuit excitata sed ut erat virtutibus non mediocriter instructa, vitiliter virum impudentiam, & intolerabilem audaciam semper pressit; non tamen ejus animum amorum ignibus inflammatum ex tinxit: qui quanto majorem in ea constantiam, pudicitiamque experiretur, hoc majore cupiditatis incendio torcebat. Ille itaque loquendi cum ea opportunitatem captans, domum matronæ ingreditur, supra modum arrogans: nihilque moratus, illam in horto, ubi sola erat (ut noverat) ingreditur; nefarium animum scdâ libertate aperit; ad crimen invitat. At mulier, quæ omnem turpitudinem semper rejecerat, cuius honestas (quæ ornamentum præcipuum & nobilissimum fœminarum est) super alia quæcumque cordi erat, nulla ratione hujusce militis illecebris acquievit. Ille stricto pugione pectori ejus admoto, mortem præsentem, si consensum abnuat, machinatur. Potuit pugione verba flectere, non voluntatem. Spondet ergo obtemperaturam se, fed alio die post secuturo: nunc liberam ut mittat, obtestatur. Discedit miles, lætatus inani spe, reditrus deinde, ut crederet, ad extortam voluptatem. Mulier data simulanter fide, in cubile se recipit, ubi totam noctem, & sequentem diem, supplicem Deum obtestata est, jam vere Christiana Lucretia, ut ante se perire velit, subitoque mori, quam pudorem suum labefactari. Audivit iustas mulieris preces celestis Juxta, qui suos in necessitate non deserit, eamque ita omni periculo exemit, ut non morte (quod rogaret) præriperet, quæ propter castitatem longioris merebatur vitæ beneficium, sed adulterum necaret, qui impudenti flagitio integritatem fœminæ violare tentaret. Sequenti enim die, quod ille forte tempus fœdis amoribus delinatar, hominem sano, & valido corpore viderunt plurimè concidere exanimem, cum nemo tam subito exiti causam posset suspicari. Ex lueris Japonicis Societatis Jesu, An. 1606. sub Rehdentia Facatana.

Comes

Comes Castellæ à Legionensi Rege vocatus ad comitia, tam meti fraudem prælagit, tamen potorem fidei quam salutis suæ rationem ducens, septem dumtaxat comitatus equitibus eo profectus est. Quo cum pervenisset, nihil scellit eventus expectationem suam: mox enim in vicula duci iustus est, atque in carceris aservari, invidia stimulante. Quæ res cum Castellano malè haberet, Sandia Comitissæ uxor per omnia via similibus, immò verò hac in re se ipsa superior, maritum quoquo pacto liberandum duxit: & peregrinans induta perionam, Compositellam profectis, religionis ergo finxit factoque per Legionem itinere, primum copiam vendendi mariti sibi fieri postulat: deinde petit, ut ea saltem nocte sine carcere efferret. Rex per omnia satisfaciendo voluntati tantæ matrone duxit. At illa postmodum antelucano, mutatis cum matrone vestibus, vicaria captivitate illum liberavit. Cumque Comitatem jam esse in tuto arbitretur, Regi nunciat se in carcere teneri, rogare, ut solveret, neque durius quicquam in forum minam regiam, & cognatam suam foret. Rex ubi doctum sensit, primò tomachari, mox admittari constantiam, ac virtutem Sandiæ: postremò laudata illius in maritum pietate, cum honorifico comitatu jussit ad Comitatem perducere. Jovius Vespas. Hist. ad an. Dom. 922.

Uxorum ad viros fides, & summa dilectio apud Hispanos non solum legum animadversione, sed assidua observantia celebratur. Scat illud præclarum non longè à nostra ætate, sed sempiternis fœculis consecrandum facinus ut enim vera perhibent annala, cum Edwardus Regis Angliæ primogenitus in Domini sepulchrum transfretasset, fuissetque in via proditorè à Mauro quodam gladio venenato percussus, & medicorum remediis non tam allevaretur, quàm alligaretur, tandem in Angliam sine salutis spe est reversus. Ejus itaque uxor, Regis Hispaniæ filia, novam, atque inauditam, sed amore, & pietate plenam adhibuit medicam: plagas enim mariti toxico infectas quæ ipsius veneni vi claudi non poterant, lingua dietim lingebat, fugebatque humorem venenosum, sibi que liquorem dulcissimum. Cujus vigore, verius dicam, fidei uxoris virtute, sic omnem veneni materiam atraxit, ut integritas vulnerum cicatricibus illi planè curatus, illa incolumis evaserit. Quid igitur hujus mulieris fide rariis audiri? quid mirabilis esse potest? ut uxoris lingua, & dilectione naturali permota venena à dilecto marito expulserit, quæ ab electo medico trahi non valuerunt, & quod plurima, exquisitaque non effecerunt medicamenta, una uxoris explevit. Rodericus Sandius p. 1. Hist. c. 64.

Cum Robertus Britannicæ Rex in expeditione adversus Syriacos plagam in brachio accepisset luculentam gladio venenato, redissetque in patriam, nec sanitati reddidit posse, nisi illud virulentum aliquid ore exurgeretur, Rexque certissimum illi parari exitum intelligens, quicumque id muneris obisset, necinim ejusmodi discrimini obicere sustineret: ejus uxor noctu solutus vulneris fœculis primum infuso marito, post etiam convivente vulgus paulatim, & expulso, venenum omne elicit, plagamque medicis præbuit facillimè curandam. Geor. Vivienius l. 2. de officio probi Patris familias c. 13.

Singulari memoria dignus est amor, quem Dominicus Catalus, qui Lesbi rerum potiebatur, erga uxorem ostendit. Quæ cum in lepram incidisset, vir minime veritus à contagione se infici posse, aut aspectus horrore averti, (atenim illuvies magis quam vivum corpus videri poterat) neque temetodo odore, quem ulcera mitebant, unquam aut mensa, aut lecto communi eam prohibuit. Conjugalium enim charitas apud eum contagionis timorem, tertiumque conspectum, odoremque in securitatem, ac voluptatem verterat, quod eam Duxta Dei verbum, eandem carnem secum esse arbitrabatur. Fulgos. l. 4. c. 6.

Agricola Licentiosensis in regno Neapolitano, cum juxta mare agrum coleret, uxore ab eo aliquantisper disjuncta à piratis Mauris, qui litus prædatum descenderant, capta esset, statim ut uxorem non apparere, tremeque piraticam haud longè anchoras jessice conspexit, arbitratus, quod erat, in ea uxorem esse, ad tremeque statim adnavavit, atque ejus gubernatore vocato, dixit: Se idcirco venisse, quod sequi uxorem statuerat: minime barbarie illa terribus, nationis, fideique Christianæ inimica, neque ingenti miseria, qua remigio addicti laborant, omnium horum immemorem conjugalium amor com fecerat. Quam rem cum Mauri non sine ingenti admiratione audivissent (permultos enim ejus regionis accolæ viderant prius perpeti mortem, quam illam miseriam malle jactare cum postea per ordinem funentem Regi narrassent, tanta hominis charita-

te motus Rex, & virum, & uxorem liberò esse jussit, atque inter custodiz milites virum adoptavit. Item, ibidem. Cum Conradus III. Imperator 93. bellum contra Guelfonem Bavarie ducem movisset, & oppidum Vinberg obsidisset, & jam in dedicationem accepisset circa An. Dom. 1138. ex gratia Matronis concessit, ut quæcumque humeris portare possent, liceret efferri; quæ neglecta suppellectili, maritos suos, quotquot poterunt, videntibus cunctis, & industriam mirantibus exportaverunt. Et Fredericus, frater Regis, contradicens: De viris, inquit, non est cogitatum. Cui Rex: Non deceat, inquit, verbum Regium immutari: & mulieres laudavit. Joan. Naucler, vol. 2. gener. 38. An. 1138.

Mulieres quædam Monicam Christianam religionem profertibus nuptæ, apud S. Monicam D. Augustini matrem, de viro uxorem injuriis, assiduisque contentioneibus, quibus conflictarentur, conquererentur, se, inquit, mirati, qua illa uteretur vivendi ratione, quibus se esset moribus, quod pacifice cum viro, qui & Christianæ religionis sit expertus, & animi præferocis, cohabitaret. Quibus respondens Monica: Mox, inquit, foreores, vos ipsa fortassis ad rixas maritos vestros morofate vestra, & contumacia impellit, contentioneibusque frigidam quasi sustulidias eo sum ego ingenio, marito meo vehementissime favente, ego interim taceo, multa dissimulo, animumque precibus ad Deum fundendis occupo. Hic moribus itacundiam, & furorem mariti mei frango, & ut stabili fruamur concordia efficio: quin animum ejus sic inflexi, ut una mecum Chordium colere cepit. Tales etiam & vos erga maritos vestros geretis omnes rixas, & contentiones cavebitis, maritati que utemini & humanis, & obsequentiis. D. August. 9. Confess. c. 9.

S. Lydyvina Hollandica, virgo sanè admiranda, eos, qui matrimonio juncti erant, ut mutuum inter se ferventem pacem, adhortabatur: consilium expectantibus dicebat: Sacrum conjugium dilectissimi, in illis; debetis non solum corpore, sed etiam animis servare invicem fidem. Itaque pacem seclâmini, ut Deus pacis sit vobiscum. Mulier quædam filiam suam cuidam collocavit, & post nuptias gloriabunda exposuit Lyduvina conditiones generi sui. At virgo sancta: Non magnopere, inquit, pensanda sunt, pulchritudo, natalium splendor, dignitas, & cognatorum turba: potius spectanda virtus, motum disciplina, prudentia, timor Dei, quibus modis parte opes, quo jure teneantur. Prædicti etiam ei, filiam ejus multa passuram, non tamen defuturum illi divinum auxilium. Quod quidem ita evenit. Fuit enim sterilis, afflicta est morbis, multisque castigata flagellis; sed orante pro ea Lydyvina, feliciter migravit ex hac vita. F. Jovius Brugman, in eius vita, l. 2. c. 4. apud Sur. 14. Apr.

Regi Alphonso aliquando in ore: Tum demum matrimonia tranquille exigentur, si vir fundus, uxor caeca sit. Significabat autem, pleraque rixas, quæ in hoc statu interveniunt, excitari potissimum ex zelotypia conjugum, quorum si hic lurdus foret, ne alterius profusam garrulitatem audiret illa cæca, ne mariti intemperantiam videret non tam frequens etiam foret querelarum ansa. Panorm. de Dila. c. 5. 5. d.

MATRIMONII HIEROGLYPHICUM.

Ex Onitocitarum disciplina illud promptum est: ut si quis nuptiarum tempore Lyram per somnium videre imaginatus fuerit, concordiam id inter maritum, & uxorem futuram significaret. Pier. Val. lib. 47.

UXORES PROBÆ, ET IMPROBÆ ERGA MARITOS.

Ubi in diversi earumdem eventus circa religionem, & mores illarum describuntur.

Samson per suam Dalilam miserè perit. Judic. 14. 16. Salomonis cor sic depravarunt mulieres, ut idola coleret. 3. Reg. 11.

HISTORICA.

CONVERSI PER UXORES, ET PERVERSI.

Leuvigildus Hispan. Rex Arrianus, ex altera uxore duos filios (Hermenegildum nempe, & Reccaredum) habuit, quorum senior Sieberti Regis; junior verò Chilperici Regis filiam desponsoverat. Sed Ingundis Sieberti Regis filia cum magno apparatu in Hispanias directâ, ab avia Goisvintha cum magno